Concordia parvæ res crescunt, etc. n. 1 l. 21 tit. 26 part. 2.—cùm intra aliquos sit, possunt petere, ut detur sententia secundum concordiam eorum, et an istud observetur, n. 1 l. 9 tit. 20 part. 3.—quid sit, et plura de ea, per n. 8 et 9 per text. ibi, l. 1 tit. 27 part. 4 —latronum vel amicitia ipsorum, vera concordia vel amicitia non est, debet enim esse in bonum, n. 9 l. 1 tit. 27 part. 4.

Concubina clerici qua pœna feriatur, tam jure antiquo, quàm hodierno, n. fin. l. 43 tit. 6 part. 1.—Concubinæ clericorum qualiter hodie puniantur per judices laicos, n. 3 in fin. l. 38 tit. 6 part. 1. — Concubinatus crimen punitur per judicem ecclesiasticum, et etiam per laicum, n. fin. l. 58 tit. 6 part. 1.—Concubina, et an ad illam extendatur spiritualis compaternitas, n. 7 l. 1 t. 7 part. 3. — an possit dotem petere ab ea tenente, n. 4 et 5 per text. ibi, l. 9 tit. 11 part. 4.—Et an hodie requiratur quòd concubina domini retineatur, ad hoc ut per contractum matrimonium filii legitimentur, n. 8 l. 1 tit. 13 part. 4, et n. 15 l. 2 tit. 14 part. 4.—Et inter concubinam et uxorem parum refert, nisi in honore, n. 1 in procœm. tit. 14 part. 4.—Concubinam domini, si vassallus cognoverit, feudo privaretur, ac si cognovisset uxorem, ibi.—Concubina non transit in dominium amasii, ibidem. — Concubinæ habent secum venenum, et præsumitur contra eas, quòd omnia, quæ possident, quæsiverunt ex bonis amasii, et possunt torqueri pro declaranda veritate, quod non est in uxore, dict. n. 1 in fin.—Concubinatus crimen est ecclesiasticum, hodie tamen, etiam per leges regni prohibentur, et sic est crimen legale, n. 2 ibi. — Et concubinam cognoscens carnaliter, etsi soluta sit, et ipse solutus, peccat tamen mortaliter, ibi n. 3.—Concubinatus olim erat sine pœna, et quare hoc sic permittebatur, n. 4 dict. procœm. tit. 14 part. 4. — Et an de jure civili concubinatus olim esset prohibitus, ibidem.—Concubina aliquando nominatur amica, aliquando verò focaria, n: 3 l. 1 tit. 14 part. 4.—Concubinatus cum liberta, vel serva, an esse possit, et cum qua serva, et quandò, n. 4 et 5 l. 1 t. 14 part. 4.—totaliter est etiam de jure civili in clericis reprobatus; et quid de illis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti, n. 1 l. 2 tit. 14 part. 4.—an teneat cum virgine, si sit ex obscuro loco nata, neque pœna legalis locum habeat, ibi n. 4.—Concubina si non publicè, sed secretè, ab aliquo recipiatur, et diu detineatur per ipsum, præsumetur quòd est ejus uxor, ibi n. 8 per text. ibi.—Concubinas in plurali quis habere non potest, n. 2 l. 2 per text. ibi, tit. 14 part. 4.—Concubinatus ad hoc ut sic licitus de jure civili, plura requiruntur, per n. 15 dict. l. 2 per illum text. ibi.—Et an requiratur quòd concubina domini retineatur, ibi et n. 8 l. 1 tit. 13 part. 4, et n. 1 et 7 l. 1 tit. 15 part. 4. — Concubina si est vilis, non est cum persona illustri permittenda, neque cum ea matrimonium tenet, et an filii ex ea et illustri persona habiti, sint naturales, licèt ipsi sint soluti, ut patri succedere possint; et quid hodie per leges Tauri, ibi n. 4 l. 3.—Et filii istarum, et personarum illustrium, sunt spurii, non naturales, ibi n. 4 et 10.—Concubinatus si inter aliquas personas sit prohibitum, et non matrimonium, an filii exinde nati dicantur spurii vel non, n. 6 l. 1 tit. 15 part. 4 —Concubina si in suo testamento, vel in alio instrumento, filium suum naturalem, quem habuit ex amisio, nuncuparet filium sine adjectione *naturalis*, an ex hoc videatur illum legitimare, et cujus effectus erit talis nominatio, n. 7 l. 7 t. 15 part. 4. — Concubinæ publicæ et manifestæ hodie Hispanis dicuntur *barraganas*, n. 5 l. 3 tit. 21 part. 4. — Clericorum ad hoc ut per statutum puniri possint, debent esse publicæ, et sic teneri, ibidem.—Et an servus inventus cum concubina domini, impunè ab eo occidi possit, et quando, per n. 7 l. 6 tit. 21 part. 4. — Et an ex eo quòd dominus concubuit cum concubina vassali, vel cum uxore ejus, amittat jus naturalitatis, quod habet in eum, n. 6 l. 5 tit. 24 part. 4.—Concubina, et an miles possit donationem concubinæ facere, n. 7 l. 1 per text. ibi, tit. 4 part. 5.

Concurrentes simul in aliquo actu, ubi præmium dari debet, quis eorum ad illud admittatur, n. 1 l. 7 tit. 27 part. 2.

Concussionis crimen, v. in verbo, Crimen concussionis.

Concremantes ecclesias, seu per vim spoliantes, sunt ipso jure excommunicati, num. 10 l. 2 tit. 9 part. 1.—Concremans suum agrum sterilem cum alterius damno, qualiter ad emendam teneatur, et an idem sit dicendum in foro contentioso, quod in foro animæ, n. 4 l. 10 per text. ibi, tit. 15 part. 7.

Condemnari an possit quis ex probationibus receptis ante litem contestatam, num. 1 l. 2 tit. 16 part. 3. —Condemnare an possit judex aliquem ex indiciis indubitatis, n. 4 l. 26 tit. 1 part. 7.—Condemnari an debeant illi, qui sponte crimen suum confessi sunt, nullis indiciis præcedentibus, n. 2 l. 2 tit. 30 part. 7.—Condemnare non debet judex tortum, qui metu tormentorum delictum confessus fuit, si postea contrarium appareat, n. 6 et 7 l. 4 per text. ibi, tit. 30 part. 7.—Condemnatus per sententiam ad factum, non potest liberari præstando interesse, n. 3 l. 5 tit. 24 part. 3. — ad mortem, an et quando sententia possit exequi de nocte, n. 7 l. 5 tit. 27 part. 3.—Florentiæ, an possit decapitari Perusii, dict. n. 7 in fin. — ad pœnam temporalem non efficitur servus pœnæ, secùs si ad perpetuam, n. 3 per text. ibi, l. 2 tit. 18 part. 4. — Et quid si aliquis non in metallum, sed ad aliud opus publicum sive officium fuerit perpetuo damnatus, an efficiatur tunc servus pœnæ, ibi n. 4. —Condemnatus ad perpetuam pœnam, an hodie servus pœnæ esse dicatur, num. 6 dict. l. 2 tit. 18 part. 4. — perpetuò in insulam, an in tali condemnatione sequatur ibi bonorum ademptio, n. 8 per text. ibi, in dict. l. 2. —et ab officio suo remotus propter suam turpitudinem, an ad alios honores in loco suæ Regionis admitti debeat, et an per hoc amittat naturalitatem regni, vel loci sui tantum; quoad hoc v. n. 3 l. 5 tit. 24 part. 4.

Condemnatus à duobus in judicio, qualiter uni rem restituere debeat, et sub qua cautione, n. 2 l. 6 tit. 10 part. 3.—ad pretium, eo quia rem amisit, si postea res revertatur ad creditorem, an rem ipsam, vel pretium, petere possit, et cuja sit in hoc electio, n. 4 l. 19 t. 22 p. 3.

—Et quid si antequam æstimationem solvat, res à domino inveniatur, an ad solutionem æstimationis teneatur, ibi n. 5.—Et quid si dominus fecit expensas ad habendam rem, n. 5 dict. l. 19.—Condemnari an possit quis, ut sit perpetuus carnifex, vel quòd semper aliquod officium exerceat, n. 5 in medio, l. 2 tit. 5 part. 4.—Condemnati ad mortem debent sepulturam habere, et possunt eligere ubi voluerint, et possunt Corpus Christi recipere, n. 3 et 4 per text. ibi, l. 7 tit. 13 part. 1. — per sententiam, et ob executionem incarcerati, non liberabuntur etiamsi præstent fidejussores, n. 4 l. 41 t. 2 part. 3.—Condemnato aliquo ad mortem civilem, vel naturalem, vel ad membri abscisionem, an cognatus seu alius quilibet pro eo appellare possit, et quid de damnato in ejus contumacia ad mortem, n. 2 et 3 l. 6 t. 23 part. 3.—Condemnati ad exhibendum, an et quando ad hoc appellare possint, n. 6 l. 9 tit. 23 part. 3. — Condemnatus per sententiam, an ab ea post longum tempus possit appellare, si causa jam cœpta vadit in aliquem locum etiam in commodum reipublicæ, non dimisso procuratore, n. 4 l. 10 ibi.—Condemnati ad torturam, an ab ista sententia appellare possint, n. 2 l. 13 tit. 23 part. 3.—ex duabus causis in duabus pœnis, si una absorbeat aliam, an utraque imponatur, n. 6 l. 14 tit. 23 part. 3. — Condemnatus in absentia non præsumitur condemnatus ex contumacia, etiamsi sit absens ex justa causa, quando probationes sunt liquidæ, sed propter malam causam, n. 6 l. 36 tit. 5 part. 5. — ad aliquam quantitatem dandam fisco et privato, totum solvere tenetur fisco, et ipse partem suam dabit privato, n. 9 l. 53 tit. 5 part. 5.—in centum propter ejus delictum, si cùm illa dare non possit, succedat in hæreditatem matris suæ, et ipse tunc illam repudiet, an videatur dolosè facere, et an illa centum solvere debeat, et pro eis in talibus bonis possit fieri executio, n. 2 l. 12 t. 10 p. 5. —ad solvendum, si ad hoc ei nullum sit datum tempus, an possit opponere compensationem, si offerat se statim aliquid daturum, n. 6 l. 20 tit. 14 part. 5. — solvere indebitum, an et quando illud postea repetere possit, glos. l. 33 per text. ibi tit. 14 part. 5.—de crimine, ad accusandum non admittitur, et quid si tantum convictus de eo sit, n. 6 l. 2 tit. 1 part. 7. — de crimine, an de eodem crimine iterum accusari possit, gloss. l. 12 per text. ibi, tit. 1 part. 7.—de crimine, sive publico, sive privato, an et quando sit infamis, et an, et quando, ante, vel post sententiam, glos. l. 5 tit. 6 part. 7. — ad mortem, an detineri debeat quousque rationes aliquas reddat, et quando, n. 5 l. 11 t. 31 part. 7. — Et an mulier prægnans condemnata ad mortem debeat detineri usque dum pariat, ibi per illum text.

Condemnatio expensarum debet à judice fieri, etiam in causa criminali, n. 1 l. 8 tit. 22 part. 3. — expensarum, an se extendat ad interesse, quod prætendit victor, eo quod fuit à negotiis suis propter litem avocatus, dict. n. 1.—Et an in tali condemnatione veniant cibaria, et qualiter istud debeat intelligi, ibidem.—Et quid si victor hospitatus fuit ab amico, vel gratis fuit sibi datum patrocinium, ibidem.—Condemnatio aliquando fieri potest super non petitis, n. 1 per text. l. 8 tit. 1 part. 5.—si fiat in commodum fisci, et alterius, totum debet solvi fisco, et ipse partem suam dare tenetur privato, n. 9 l. 53 tit. 5 part. 5.—Et quando judex ad mortis condemnationem vult devenire, quæ inspicere debeat prius, n. 2 cum sequent. l. 26 tit. 1 part. 7.—Et an ex indiciis indubitatis possit ad condemnationem devenire, ibidem in n. 4.—Et an fieri possit condemnatio, quando quis nullis indiciis præcedentibus crimen confitetur, n. 2 l. 2 tit. 30 part. 7.—Et an condemnatio ad mortem debeat suspendi interim quod aliquis reddit aliquas rationes, et quando, n. 4 l. 11 tit. 31 part. 7. — Et quid in muliere prægnante, an ejus condemnatio suspendi debeat usque dum pariat, dict. n. 4 per text. ibidem. — Condemnatio expensarum non se extendit ad expensas malè factas, n. 1 in fin. l. 8 tit. 22 part. 3. — expensarum, an fieri debeat in eum, qui à principio juramentum calumniæ fecit, n. 2 l. 8 tit. 22 part. 3. — expensarum non fiet, quando victus justam litigandi causam habuit, et quæ ista sit, n. 3 ibidem.—Et quid si in certa parte judicii habuit justam litigandi causam, in alia verò non, et quid si liti cessit, dict. n. 3 in fin.—Condemnatio per judicem facta, an ab ipso minui possit, si illud sibi in sententia reservavit, n. 4 l. 22 tit. 22 part. 3. — etiamsi sit in causa criminali, an ad alios extendatur, et quid in aliis rebus, n. 1 et 2 l. 4 tit. 27 part. 3.—Et quid si duæ communitates condemnentur, qualiter teneatur, et quid in Abbate, et Capitulo condemnato, dict. n. 2 l. 4.—Et quid si in una sententia condemnentur hi, qui in principio erant in solidum obligati, qualiter tunc in executionem mittetur, ibi n. 3.

Inhonesta, turpis,	Matrimonio.
Vel honesta,	Causalis, mixta.
Impossibilis,	Nugatoria,
Contra substantiam	Potestativa,
Matrimonii, vel pro	Furtiva.

Conditio, non impleta, vovens votum adimplere non tenetur, v. n. 2 l. 7 tit. 8 part. 1.—habeatur pro causa, n. 4 l. 7 tit. 13 part. 3.—*si Deus voluerit*, licèt non apponatur, apposita videtur semper, n. 9 l. 77 t. 18 p. 3. —Conditionis humanæ dignitas, quæ sit, n. 1 cum sequent. in procœm. 4 part —Conditio, sub qua quis cum aliqua matrimonium contrahit, *si te virginem invenero*, an et quando licita sit, n. 6 l. 10 t. 2 part. 4.—quid sit et de ejus natura est actum suspendere, et facere quod possit trahi ad esse, et non esse, n. 1 et 2 l. 1 t. 4 p. 4. —inducitur per dictionem *si*, modus per *ut*, n. 2 et 3 dict. l. 21 tit. 9 part. 6 cum aliis ibi.—apposita tempore contracti matrimonii debet spectari, si justa sit; et an ea impleta novus contrahentium requiratur consensus, an verò à principio præstitus sufficiat, n. 1 l. 3 tit. 4 part. 4, et n. 3 l. 6 ibi, tit. 4 part. 4.—Et an ista conditio, scilicet, *si Papa etc.* operetur, ut contrahentes non incurrant excommunicationem per Clement. *eos de consanguinit. et affinit.* v. dict. n. 3 dict. l. 6.—Et eodem modo erit domini, quando contrahunt aliqui sub conditione, scilicèt, *si Papa dispensaverit*, v. ibid.—Conditio *si centum dederis*, an turpis, et inhonesta sit, vel non; et quid si unus cum duabus sub eadem conditione matrimonium contraxerit, illæque eodem tempore dent cen-

tum, cum qua contraxisse videbitur, ibi n. 2 dict. l. 3.— sub qua aliqui contraxerunt, si defuerit copula superveniens non faciet matrimonium, secùs verò si ea pendente copula accedat, quia tunc à conditione recesisse videtur, et tenet matrimonium, ibidem in n. 6.—Et quid si antea fuerit protestatus quòd non vult à conditione recedere propter culpam, et quid si talis protestatio fiat ipsi mulieri, n. 7 dict. l. 3.—Et an istud procedat in foro judiciali, vel pœnitentiario, ibidem in dict. n. 7.—Conditio an cesset, si res sub conditione promissa ante conditionis implementum tradatur, an transferatur dominium, dict. n. 7 dict. l. 3. — Conditiones inhonestæ, etiamsi apponantur in vim modi, tenent, n. 1 per text. ibi, l. 5 tit. 4 part. 4.—quæ sint contra Sacramentum, sive contra bonum prolis, sive contra fidem matrimonii, ibi n. 2, 3, 4 et 5. — Conditio contra substantialia matrimonii, ut et tunc matrimonium non teneat, an requiratur utriusque contrahentium consensus, vel requiratur quòd unus contradicat, ibi n. 6.—in matrimonio posita, si est turpis de futuro, rejicitur, si verò de præterito, tenet, n. 2 l. 6.—impossibilis de facto, potiùs dicitur difficilis, quàm impossibilis, et an et quando per talem conditionem, sive impossibilem per se, sive à natura, sive à jure, matrimonium contrahi prohibeatur, n. 4 l. 6 tit. 4 part. 4. — impossibilis de facto, an impediat, et vitiet hæredis dationem, per dict. n. 4. — Et an talis conditio omnem contractum, sive dispositum sub tali conditione factum vitiet, ibidem. — Conditio tempore contractus matrimonii uno imposita, ut sub pœna in certo loco habitare teneatur, an valeat, n. 5 l. 2 tit. 5 p. 4.—*si nuptiæ sequerentur*, semper inesse præsumitur in qualibet dotis promissione, etiamsi solutio dotis promittatur intra certum tempus, vel si dicatur, quòd solvet ad voluntatem sponsi, vel aliud simile, n. 5 l. 11 tit. 11 part. 4.—Et an valeat pactum, in quo ista conditio non intelligatur appossita, neque speranda esse intelligatur ex mente contrahentium, ibidem. — Conditio si sit posita tempore venditionis alicujus rei, et illa pendente damnum vel lucrum supervenerit, ad quem pertinebit, an emptori, vel venditori, n. 1 et 2 per text. ibi, l. 26 tit. 5 part. 5.—Et quid si fiat traditio ex contractu conditionali ante eventum conditionis, an transeat dominium, vel usucapiendi conditio, n. 5 l. 12 t. 11 part. 5.—Conditio, et dies si sit apposita in stipulatione, an impleta conditione dies expectari debeat, n. 1 l. 17 per text. ibi, tit. 11 part. 5.—impossibilis, an vitiet contractum, et quid si negativè ponatur, num. 2 dict. l. 17.—Et promissum sub conditione omnino extitura, videtur purè promissum, n. 3 dict. l. 17. — Et an conditionis eventus constituat debitorem in mora, n. 2 l. 18 tit. 11 part. 5.—Conditio causalis, vel mixta, an trahatur retro, et quid de potestativa, n. 1 l. 32 t. 1 part. 5.—Et quid in legatis, vel an in eis idem sit quod in contractibus, ibidem. — Conditio si est adimplenda in specifica forma, an videatur impleta, si debitum compensetur, n. 1 cum aliis ibi, l. 20 tit. 14 part. 5. — si sit solutioni posita, an si ante ipsius eventum solutio fiat, possit solutum repeti per solventem, et quando, n. 1 et 3 l. 32 tit. 14 part. 5.—Et an datum ob aliquam causam, si causa non adimpleatur, possit per se, vel cum damnis, et interesse simulà dante repeti, et qualiter hoc fiat, n. 2 l. 43 tit. 14 part. 5, et gloss. l. 44 ibi. — Conditio ob causam, ubi dari non potest, tunc datur actio de dolo, et ad quid, n. 1 l. 45 tit. 14 part. 5.—quid sit, et qualiter, et quando institutionibus poni possit; et quales, et de effectu ipsarum, gloss. l. 1 et 2 t. 4 p. 6. —quæ ad præsens tempus refertur, impropriè dicitur conditio, n. 4 dict. l. 1 t. 4 part. 6. — Et quæ propriè dicatur conditio, n. 3 l. 8 ibidem.—Quæ etiam concipi possit in præteritum, n. 2 l. 21 tit. 9 part. 6.—Conditio fit per dictionem *si*, et per alias dictiones, et quando, n. 12 et 13 dict. l. 1 et an per gerundia, dict. n. 13.— Si à testatore apposita sit per verba futuri temporis, si tempore testamenti jam stabat, an tunc institutio reputetur pura, n. 2 l. 2 ibi. — Conditiones impossibiles de natura, vel de jure, vel de facto, an vitient hæredis institutionem, et quales istæ sint, glos. l. 3 et 4 per text. ibi, t. 4 part. 6. — quæ per testatorem apponuntur ad conservationem domus, et familiæ, licitæ dicuntur, n. 8 l. 3 tit. 4 part. 6.—Conditio à testatore hæredi posita, quòd juret aliquid facere, an debeat observari, vel rejici, n. 2 et 7 l. 6 ibidem.—Et quid si à lege, vel à judice, vel à contrahentibus apponatur talis conditio, et quid hodie jure regni, ibidem.—Conditio, cujus eventus vel defectus nihil operatur, an necessario adimpleri debeat, n. 1 l. 8 t. 4 p. 6.—tacita, *si sine liberis decesserit*, an habeat locum non solum inter ascendentes et descendentes, sed etiam inter fratres et collaterales, vel si ascendentes à descentibus instituantur, vel in uxore instituta, si cum filiis communibus decesserit, ibi in num. 3 et 8. — Et quid si iste gravatus restituere post mortem suam, filios adoptivos, vel arrogatos, sive spurios, reliquerit, ibidem num. 4 et 8. — Et quid si de morte instituti sub verba conditionis nihil dictum sit, sed post ejus mortem alius directo sit institutus hæres, ibi num. 5.—Et an supradicta locum habeant, quando institutus universaliter gravatur post ejus mortem in restitutione rei certæ, ibi n. 6. — Et an extendatur hæc ad ecclesiam, vel piam causam, si sit substituta post alicujus mortem, n. 8 l. 10 tit. 4 part. 6.—Et quid si ita gravatus ingrediatur religionem, an substitutus excludatur per monasterium, etiamsi substitutus sit de filiis testatoris, ibidem. — Et an sit aliqua differentia, an filii isti sint masculi, vel fœminæ, vel nepotes ex filia, et quando, dict. n. 8 quæst. 3. —Et idem sit sive filii jam sint nati, sive nascituri, ibid. —Et quid si gravatus decedat cum filiis incapacibus, vel qui hæredes esse nolunt, vel à pupillo habitis, an per eos substitutus excludatur, quæst. 4, et n. 11 ibidem. —Et quid si filii isti decedant ante mortem istius gravati, an per eos substitutus excludatur, ibidem.-Et an hoc eveniat ex legis fictione, vel ex juris præsumptione, et de efectu, ibidem in n. 10. — Et quid si fideicommissarius decedat ante gravatum, an jus suum ad hæredes transmittat, ibi n. 12 dict. l. 10 tit. 4 part. 6. — Conditiones per quas legitimæ filiorum prægravantur, non debent admitti in legitima filiorum, n. 1, 2 et 5 l. 11 tit. 4 part. 6.—Conditio debet ab hærede adimpleri in tempus sibi à testatore præfinitum, et quid si ita non sit, sed simpliciter, n. 4 l. 12 ibi. — Conditiones si plures sint appositæ in institutione hæredis, an ipse omnes adimplere teneatur, vel unam tantùm, ut hæreditatem adire possit, n. 1, 2 et 3 l. 13 per text. ibi, tit. 4 part. 6. — Conditio an habeatur pro completa, quando hæres faciendo quod in se est, illam adimplere non potest, et quid si sit in mora, n. 1 et 2 l. 14 ibi, et gloss. l. 22 t. 9 p. 6. —hæredi apposita, ut scilicet servum manumittat, an habeatur pro completa, quando servus ab aliquo tertio fuit occisus, et quando, ibidem.—in institutione alicujus mulieris posita, scilicet, si cum aliquo nubat, si ille nolit, an debeat habere hæreditatem, et conditio habeatur pro impleta, ibi n. 3 et 4 per illum text. — Et an ipse nolens pœnitere possit, ibi n. 6.—Et quid in legato libertatis, vel ad pias causas, vel alimentorum, ibi in dict. n. 4. — Et quid si à tertio impediatur, ibidem.— Conditio posita in institutione minoris, an per ipsum adimpleri possit sine curatores sui auctoritate, gloss. l. 15 per text. ibi, tit. 4 part. 6.—quando sufficiat quod impleatur de facto, licèt non de jure, n. 2 l. 16 ibidem. — quæ se confert ad aliquid faciendum per Principem, reputatur impossibilis, et quando necessario adimpleri debeat, n. 3 l. 13 tit. 9 part. 6.—si sit concepta per verba futuri temporis, an sufficiat quod impleatur testatore ignorante, tempore quo actus geritur, n. 3 l. 21 tit. 9 part. 6.—et modus, et causa, in quo differant, n. 1, 5 et 7 dict. l. 21 et n. 2 et 3 l. 2 tit. 4 part. 4.— an transeat activè in hæredes implere debentes, n. 2 l. 22 t. 9 part. 6.—Et an legatum conditionalem transmittatur ad hæredes legatarii, si ipse decedat ante ipsius acceptationem, n. 6 l. 33 tit. 9 part. 6.—Et an jus adimplendi conditionem transeat ad hæredem, et quando, ibidem in n. 8. — Conditio apposita alicui, ut non possit res sibi relictas in ecclesiam, vel pium locum alienare, an valeat, n. 4 quæst. 5 l. 6 tit. 11 part. 6.—adjecta in institutione non censetur repetita in substitutione, n. 2 l. 3 tit. 13 part. 6. — possidentis melior est in pari casu, n. 1 l. 7 tit. 14 part. 6.

Conditio inhonesta.—Conditio si centum dederis, an turpis, et inhonesta sit, vel non; et quid si unus cum duabus sub eadem conditione matrimonium contraxerit, illæque eodem tempore dent centum, cum qua contraxisse videbitur, n. 2 quæst. 2 l. 3 tit. 4 part. 4.—Conditiones inhonestæ etiam si apponantur in vim modi, n. 1 per text. ibi, l. 5 tit. 4 part. 4.

Conditio turpis, vel honesta. — Conditio si centum dederis, an turpis, et inhonesta sit, vel non; et quid si unus cum duabus sub eadem conditione matrimonium contraxit, illæque eodem tempore dent centum, cum qua contraxisse videbitur, n. 2 quæst. 2 l. 6 tit. 4 p. 4. —Conditiones turpes si per testatorem apponantur hæredi, non valent, neque debent observari, n. 8 l. 3 t. 4 part. 6. — Conditio in matrimonio posita, si est turpis de futuro, rejicitur, si verò de præterito, tenet, n. 2 l. 6 tit. 4 part. 4.

Conditio impossibilis.— de facto potius dicitur difficilis, quàm impossibilis, et an, et quando per talem conditionem, sive impossibilem per se, sive à natura, sive à jure, sive aliter matrimonium contrahi prohibeatur, n. 4 l. 6 tit. 4 part. 4.—impossibilis de facto, an impediat, vel vitiet hæredis dationem, dict. n. 4.—Et an talis conditio omnem contractum, sive dispositum sub tali conditione factum, vitiet, ibidem. — Conditio impossibilis, an vitiet contractum, et quid si negativè ponatur, n. 2 l. 17 tit. 11 part. 5. — Et promissum sub conditione omnino extitura, videtur purè promissum, n. 3 dict. l. 17. — Et an conditionis eventus constituat debitorem in mora, n. 2 l. 18 tit. 11 part. 5.— Conditiones impossibiles de natura, vel de jure, vel de facto, an vitient hæredis institutionem, et quales istæ sint, gloss. l. 3 et 4 per text. ibi, tit. 4 part. 6.—Conditio impossibilis si non apponatur in personam honorati, sed in personam gravati, an tunc rejici debeat, et institutio remaneat pura, n. 2 ibidem, l. 3 t. 4 p. 6.— quando rejici debet, et ea non obstante valeat institutio, quando verò vitiet dictam institutionem, ibi n. 3. — Et an idem quod est in impossibili conditione, dicendum sit de modo, ibidem in n. 3. — Et an relictum sub tali conditione, vel modo impossibili, de jure debeat converti in alium, quod sit justum, et honestum, n. 5 dict. l. 3. — Et si hæres conditionem impossibilem de jure observaverit, hæreditatem non perdet, n. 7 ibidem.

Conditio contra substantiam matrimonii, vel pro Matrimonio.—Conditio sub qua quis cum aliqua matrimonium contrahit, *si te virginem invenero*, an et quando licita sit, n. 6 l. 10 tit. 2 part. 4. — apposita tempore contractus matrimonii, debet spectari si justa sit, et an ea impleta novus requiratur contrahentium consensus, an verò à principio præstitus sufficiat, n. 1 l. 3 t. 4 p. 4, et n. 3 ibid. — Et eodem modo erit olim quando contrahunt aliqui sub conditione, scilicet, *si Papa dispensaverit*, vide ibid. — Et an ista conditio, scilicet, *si Papa, etc.* operetur, ut contrahentes non incurrant in excommunicationem per Clementin. *eos, de consanguin. et affinit.* v. dict. n. 3 d. l. 6 t. 4 p. 4.— Conditio sub qua aliqui contraxerunt, si defecerit, copula superveniens non facit matrimonium, secùs verò si ea pendente copula accedat, quia tunc à conditione recessisse videtur, et tenet matrimonium, n. 6 l. 3 tit. 4 part. 4. — Et quid si antea fuerit protestatus quòd non vult à conditione recedere propter copulam, et quid si talis protestatio fiat ipsi mulieri, n. 7 ibi.—An istud procedat in foro judiciali, vel pœnitentiario, ibidem in dict. n. 7 dict. l. 3 tit. 4 part. 4. — Conditiones quæ sint contra sacramentum, sive contra bonum prolis, sive contra fidem matrimonii, ibi n. 2, 3, 4 et 5. — Conditio contra substantialia matrimonii, ut, et tunc matrimonium non teneat, an requiratur utriusque contrahentium consensus, vel requiratur quòd unus contradicat, ibidem in n. 6. — in matrimonio posita si est turpis de futuro, rejicitur, si verò de præterito, tenet, n. 2 l. 6 ibi.—tempore contractus matrimonii uno imposita, ut in certo loco habitare teneatur, an valeat, vide n. 5 l. 2 tit. 5 part. 4. — si nuptiæ sequerentur semper inesse præsumitur in qualibet dotis promissione, etiamsi solutio dotis promittatur intra certum tempus, vel si dicatur quòd solvet ad voluntatem sponsi, vel aliud simile, n. 5 l. 11 tit. 11 part. 4. — Et an valeat pactum in quo ista